

tes, spinulis tibiarum crassitie media tibiae paullulum brevioribus, tarsis pallidis, unguiculis fuscis. Segmentum maris genitale ad marginem sinus sinistri aperturae muticum.

15. **Trigonotylus ruficornis** Fall. var.
viridicornis m.:

Typo ceteris simillima, sed antennis pallidissime virescentibus, nec non tibiis totis tarsisque pallidissime virescentibus, tarsis articulo ultimo fusco. A *Tr. pallidicorni* Reut. articulo tertio antennarum secundo fere $\frac{1}{4}$ breviore distinguenda.

Hab. in Algeria (Biskra d. 16 aprilis 1894!), comm. D. Saunders.

